BIBLIA LATINA, BD. 1

Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 370r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



fons uite ut declinet aruina mortis
doctrina bona dabit graciam inti
nere contemptorum uorago. Astutus
omnia cum consilio agit. qui autem
fatuus est appetit stulticiam. Sum
cius impii cadet in malum. legatus
fidelis sanitas. Egestas et ignomi
ni qui deserit disciplinam. qui autem
acquiescit arguenti glorificabitur.
Desiderium si compleatur delectat
animam. detestantur stulti eos qui
fugiunt mala. Qui cum sapientibus
graditur sapiens erit. amicus stulto
rum efficitur similis. peccatores per
sequitur malum. et iustis retribuen
tur bona. bonos relinquet heredes fi
lios et nepotes. et custoditur iusto sub
stancia peccatoris. Multi tibi in noua
libus patrum. et alii congregantur
absque iudicio. Qui parcit uirge odit
filium suum. qui autem diligit illum in
stanter erudit. Iustus comedit et re
plet animam suam. Venter impio
rum insaciabilis. XIIII

Sapiens mulier hedificat do
mum suam. insipiens exstru
ctam quoque destruet man
bus. Ambulans recto itinere et timens
deum. despicitur ab eo qui infami gra
ditur uia. In ore stulti uirgia super
bie labia sapientium custodiunt
eos. Ubi non sunt boues presepe ua
cuum est. ubi autem plurime segetes
ibi manifesta fortitudo bouis. testis
fidelis non mencietur. profert autem
mendacium testis dolosus. Quer
delusor sapiam et non inuenit doc
trina prudencium facilis. Vade con
tra uirum stultum et nescito labia
prudencie. Sapientia autem callidi
est intelligere uiam suam et pruden
cia stultorum errans. Stultis illu
det peccatum et inter iustos mora
bitur gracia. Cor quod nouit ama
ritudinem anime sue. in gaudio eius
non miscebitur extraneus. domus
impiorum delectabitur tabernacula
uero iustorum germinabunt. Est
uia que uidetur homini iusta no
uissima autem illius ducunt ad mor
tem. Eisus dolore miscebitur. et ex
trema gaudii luctus occupat. Viis
suis replebitur stultus. et super eum erit
uir bonus. Innocens credit omni
uerbo. astutus considerat gressus su
os. Sapiens timet et declinat ama
lo. stultus transilit et confidit. In
paciens operabitur stulticiam. et uir
uersutus odiosus est. possiderunt
paruuli ~~iusticiam~~ stulticiam. et astu
ti expectabunt scienciam. Iacebunt
mali ante bonos. et impii ante por
tas iustorum. etiam proximo suo
pauper odiosus erit. amici uero diui
tum multi. Qui despicit proximum
suum peccat. qui autem miseretur pau
peri beatus est. Qui credit in domino
misericordiam diligit. errat qui ope
ratur malum. Misericordia et ueritas
preparant bona. in omni bono erit hum
dancia. ubi autem uerba plurima ibi
frequenter egestas. Corona sapien
cium diuicie eorum. fatuitas stulto
rum imprudencia. liberat animas tes
tis fidelis et profert uersipellis men
dacium. In timore domini fiducia
fortitudinis. et filius eius erit spes.
Timor domini fons uite ut declinet
aruina mortis. In multitudine po
puli dignitas regis. et in paucitate

ope